



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CLXIX. Extensio Indulti circa subsidia Dotalia puellis Conservatorii delle
Zoccollette nuuncupat. distribui solitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](#)

ANNO
1735.

CLEMENS DUODECIMUS. AN. VI.

43

ANNO
1735.

In Capitulis
Provincialibus
Provinciis Romanis
jus suffragii,
qui habeant.

Provincialibus ejusdem Romanæ Provinciæ. Et resolutum fuit, firma remanente dispositio-ne Constitutionum quoad Magistros exteros, aliosque, qui in Provincia a Romana distinctis de-gentes Jure suffragii gaudent in hujusmodi Capitu-lis Provincialibus; esti tamen easdem Constitu-tiones reformandas quo ad Provinciam Roma-nam; scilicet, quod in ejus Capitulis Provinciali-bus Jure suffragii frui possint dumtaxat Prior Generalis una cum ejus Secretario, sive socio ab eo nominando, & Procurator Generalis, Magistri Provinciæ Romanæ quamvis in supradictis tribus Conventibus commarentur, nec non Priores eorumdem Conventuum, & Lector Sapientie, ac Regens Transpontinæ, ita tamen, ut hi quinque postremi vocales teneantur solvere taxam con-fuetam pro Capitulo Provinciali, votum autem in Diffinitorio Provinciali non habent nisi so-lum P. Generalis cum socio, & Procurator Ge-neralis.

§. 4. Tertio an Sociis Generalibus competit Jus suffragii in Capitulo generali tantum, seu po-tius etiam in Diffinitorio generali.

Et resolutum fuit competere tam in Capitulo, quam in Diffinitorio.

§. 5. Quarto an iisdem Sociis Generalibus com-petet etiam præminentia in Religione.

Et resolutum fuit non competere, nisi quando sunt in actuali exercitio muneris, sive scilicet in actu visitationis, sive in Capitulo, & Diffinito-rio generali, sive in quibuscumque aliis peragen-dis occasione muneris ipsis demandati in Breve fel. rec. Benedicti PP. XIII. Extra tamen hos casus præminentiam in Religione ipsis competere jux-ta antianitatem professionis, & gradus, atque ita, & non aliter statui debere in nova compila-tione Constitutionum. Modernis autem Sociis, attenta possessione, esse ex gratia concedendam præminentiam in Religione usque ad exitum Offi-cii: Pro quorum omnium confirmatione esse sup-plecandum Sanctissimo. Et facta per Eminentissi-mum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Spinelli de prædictis relatione SS. in Au-dientia habita die 25. Aprilis 1735. Sanctissimus omnia benigne approbat; nec juxta corum te-norem novas Constitutiones reformati mandavit: Auditio etiam, quod Ex-Socii Generales licet Roma degant, & sint Conventuales, vel in Con-ventu S. Martini, vel S. Mariæ in Transpontina, adhuc tamen Jure suffragii non gaudeant in elec-tione Vicarii Generalis mortuo, amoto, vel promoto Patre Generali: V. Cardinalis Petra: F. V. L. Cardinalis Gotti Ordinis Prædicatorum: F. J. A. Cardinalis Guadagni: J. Cardinalis Spinel-lus: N. Cardinalis Judice: Ita reperitur in re-gistro autographo Decretorum Sacra Congrega-tionis Episcoporum & Regularium, quod affir-matur in Secretaria ejusdem. In fidem &c. hac die 2. Junii millesimo septingentesimo trigesimo quinto: Joseph Maria Archiepiscopus Dama-prosec.

§. 6. Cum autem sicut dilectus filius moder-nus Procurator Generalis ejusdem Ordinis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apo-stolica confirmationis nostra patrocinio communi-niri plurimum desideret.

§. 7. Nos specialem ipsi Procuratori Genera-li gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pe-nis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat conse-quendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, De-cretum præsertum, & omnia, & singula in eo contenta, & expresa auctoritate Apostolica te-

nore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur ad dicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet interve-nierint supplemus.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas sem-per firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tem-pore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, judi-cari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate sci-ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus præmissis ac Constitutio-nibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam Juramento, Con-firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & literis Apostolicis in con-trarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficiente expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanuntis, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat spe-cialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem praesen-tium literarum transumptis, seu exemplis, & im-pressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate consti-tuta munitis, eadem profusa fides ubicumque locorum tam in Judicio, quam extra adhibeatur qua præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die nona Decembris 1735. Pont. nostri Anno VI.

F. Card. Oliverius.

Eorumdem
firmitas.

Contra-
rion deroga-tio.

Transumpro-
rum fides.

Dat. die 9.
Dec. 1735.
An. VI.

CLXIX.

Extensio Indulti circa subidia Dotalia puellis Conservatorii delle Zoccolotte nuncupat. distri-bui solitis.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cum sicut accepimus jam inde a tempo-re Pontificatus fel. rec. Clementis PP. XI. Prædecessoris Nostri, puellis Conservatorii SS. Clementis, & Crelcentini vulgariter delle Zoc-colotte in Regione Regula nuncupat. de Urbe, annua septem subidia dotalia una cum Vestibus dari solitis assignata fuerint, quatuor scilicet ex Carcarafis etiam nuncupatis per Capitulum, & Canonicos Basilica S. Petri, & reliqua tria ex aliis subidiis dotalibus per Archiconfraternitatem Annunciationis Beatae Mariae Virginis in Eccle-sia ejusdem Sanctæ Mariæ super Minervam de Ur-be præfata, erectam, quotannis distribui solitis, dictaque pueræ ad subidia hujusmodi a Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Ele-mosynario secreto, qui ejusdem Conservatorii Superior, seu Prælatus existit, itidem pro tempore una cum Deputatis nominata, processionibus, aliisque publicis functionibus, occasione distributionis ejusmodi subidianorum fieri consuetis, non sine earum incommmodo ante hac interesse de-buerint: septem vero dumtaxat subidia præfata haud satis esse dignoscantur præ ingenti numero pueriarum pro tempore pariter degentium in

Septem Do-talia subidia
his pueris
dantur quo-tannis.

Petita horum
Decretorum
Apostolica
confirmatio.

Conceditur.

Modus illo-
rum distri-
buendorum.

dicto Conservatorio; quod cum institutum fuerit pro pueris periclitantibus, quarum pudicitia nemo esset, qui curam haberet, ac per paucem admodum nubant, aditus, seu ingressus in idem Conservatorium aliis pueris similiter periclitantibus precludatur.

§. 2. Nos pium institutum hujusmodi, quantum cum Domino possumus, adjuvare, puellasque prefatas, quo facilius statui sue consulere valeant specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac illarum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliquis Ecclesiasticis sententias, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quoniamlibet innodatae existunt, ad effectum praesentum dumtaxat consequen., harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon quarundam rec. mem. Innocentii PP. XII. Praedecessoris quoque Nostri, favore pueriarum alterius Conservatorii sub titulo Divinæ Providentiae de eadem Urbe in simili forma Brevis die 6. Martii 1694. expeditarum Literarum, ac testamentorum, & aliarum dispositionum quorūcumque Testatorum, & Piorum Largitorum tenores, & alii quācumque etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia, praesentis pro plene, & sufficienter expressis, & infertis habentes, auctoritate Apostolica, tenore presentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in destinatione, & assignatione septem subsidiorum dotalium pueris supradicti Conservatorii SS. Clementis, & Crescentini pro tempore facienda, modus, & forma in dictis literis Innocentii Praedecessoris pro distributione ejusmodi subsidiorum pueris memorati Conservatorii, sub titulo Divinæ Providentiae, prescripti, in omnibus, & per omnia serventur, ita ut pueri primodiici Conservatorii ad aliquod ex eisdem septem subsidio dotalibus per dictum Elemosynarium secretum, & Deputatos pro tempore nominatae, nullatenus a praefatis Capitulo, & Canonice, dictaque Archiconfraternitatis Officialibus, & Ministris de cetero visitentur, nec processionebus, aliquis publicis functionibus praefatis interesse teneantur, sed intra ipsum Conservatorium; Sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumere, aliaque pia Opera, sive a dictorum Capitulo, & Archiconfraternitatis statutis, sive a quorumvis Testatorum, & Piorum Largitorum, qui eadem subdivisio praestari mandarunt, dispositionibus injuncta adimplere possint, & debeat, pueraque sic nominata ex iusta, & rationabili causa per eundem Elemosynarium secretum mutari, seu variari valeat, ac subdivisio illa, quae mutationem, seu variationem ejusmodi, vel pueriarum quibus destinata fuerant, obitum ante matrimonium, vel monachatum secutum, sive obcessione, seu renunciatione ab eis factam, eo quod e prædicto Conservatorio discedere noluerint, aut alias effectum suum fortita non fuerint, aliis pueris ejusdem Conservatorii per ipsos Elemosynarium secretum, & Deputatos pariformiter nominandis assignentur, nec ita in eorum numero, quæ eisdem pueris quotannis assignari debent, ut præfertur, computari, sed alia subdivisio, novæque Cedula corum promissoria a supradictis Capitulo, & Canonice, dictaque Archiconfraternitatis Officialibus, & Ministris ad favorem aliarum pueriarum ejusdem Conservatorii per eodem Elemosynarium secretum & Deputatos, sicut præmittitur, subrogandarum, seu nominandarum, ipso Elemosynario modo, & forma prædictis consignari debeat.

§. 3. Porro præmissa omnia, & singula locum quoque habere, ac observari volumus, & mandamus quoad quacumque alia subdivisio dotalia, quæ pueri primodiici Conservatorii a Capitulo, & Canonice ac Archiconfraternitate praefatis

ultra præfixum numerum septenarium hujusmodi, vel a quibusvis aliis Archiconfraternitatibus, Confraternitatibus, Societatibus, Communitatibus, Ecclesiis, Collegiis, Oratoriis, Hospitalibus, Capitulis, Locis piis, ac etiam privatis personis quoniamlibet jam obtinuerunt, seu quandocumque obtinuerint. Præterea pueris ejusdem Conservatorii SS. Clementis, & Crescentini, utpote in Regione Regulæ, ut præfertur, positi, quod ad subdivisio Dotalia pueris dictæ Regionis a Testatoribus, pīisque Largitoribus destinata, seu relata, ab iis, ad quos eorum distributione pertinet; una cum aliis pueris ejusdem Regionis admitti, & imbusulari debeat, illaque consequi, & obtinere libere, & licite possit, & valeant, perinde ac si in dicta Regione natæ, ceterisque qualitatibus ad illa consequenda requisitis, quis sola permagentia in dicto Conservatorio supplere itidem statuimus, prædictæ forent, auctoritate, & tenore praefatis concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes, easdem praesentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac pueris dicti Conservatorii SS. Clementis, & Crescentini in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabat, inviolabilitate observari, sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si feceris super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attenari.

§. 5. Non obstantibus quorūcumque Testatorum, ac Piorum Largitorum præfatorum etiam ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quas propter præmissa, sufficienter, & expresse commutamus, ac quibusdam ejusdem Clementis Praedecessoris in pari forma Brevis literis facultatem eligendi, ac visitandi pueras praefatas ratione quatuor subsidiorum Carcarasiorum nuncupat. ipsi Capitulo, & Canonice attribuentibus, aliquis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, usibus, & consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quoniamlibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores praefatis pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robre permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum praesentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, & manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeat, quæ praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Ceterum non intendimus per easdem praesentis literas supradictum Conservatorium in aliquo approbare.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XX. Decembris MDCCXXXV., Pontificatus nostri Anno VI.

F. Card. Oliverius.

Præsentis sta-
tuti firmitas.

Obstantium
derogatio.

Fides tran-
sumptorum.

Dat. die 20.
Decem. 1735.
An. VI.

Idem modus
in aliis quo-
que Dotali-
bus subdivisi-
servandus.

Dismem-